



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 6. A serpentibus & leonibus puniti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

*arob* miscellam, seu turbam variarum muscarum interpretatur, dubium non est, tam esse Dei potentiam, ut vel è inusca facere possit immanem tortorem. Sicut & locustæ grandi Ægyptum plaga percusserrunt. Deuorarunt enim, quidquid erat virens in terra. Quin & domos ingressæ eas impleuerunt: & in oculos quoque & corpora Ægyptiorum insilierunt, hominésq; virulento morsu suo, necauerunt, ut ait

Sap. 16. 9. Scriptura. *Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sauitas animæ illorum: quia digni erant ab his modi exterminari.* Filios autem tuos, nec draconū venenatorū vicerunt dentes. Quod, ut minùs mireris, hæc de illarum regionū

Plin. li. ii. muscis scribit Plinius: *Grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum stridore, ut aliae alites credantur, soleisque obumbrant, sollicitè spectantibus populis, ne suas operiant terras. Longinqua maria transeunt, continua tè plurimum dierum fame, ut externa pabula petant; dira nube messes contegunt, multa contactu adnrentes, omnia morsu erodentes.*

§. VI.

*A serpentibus & leonibus puniti.*

Num. 21. Sic, murmuratione facta, misit Dominus in popu-

à bestijs doceri; & puniri.

415

populum ignitos serpentes, ita dictos, quia ab  
ijs morsi aduri videbantur, & vt alibi dici-  
tur, in solitudine magna atque terribili fue- Deuter.  
runt, in qua erat serpens flatu adurens, & scor- 8. 15.  
pio ac dipsas. Itaque cum illis superuenit saua Sap. 16. 50  
bestiarum ira, morsibus peruersorum colubro-  
rum exterminabantur. Sic, quando rex A- 3. Reg. 20.  
chab regi Syriæ Benadab pepercit, cùm 36.  
posset & deberet occidere illum, tunc vir  
quidam de filijs Prophetarum dixit ad socium  
suum, in sermone Domini: Percute me: At ille  
noluit percutere. Cui ait: Quia nolueristi au-  
dire vocem Domini, ecce recedes à me, & per-  
cutiet te leo. Cumq; paululum recessisset ab eo,  
inuenit eum leo, atque percussit. Alterum au-  
tem non percussit, qui Prophetæ obediuit.  
Leone, in vltionem, etiam alia vice usus est 3. Reg. 13.  
Dominus, aduersus Prophetam inobedien- 24.  
tem, quem inuenit Leo in via, & occidit: &  
erat cadaver eius projectum in itinere: asinus  
autem stabat juxta illum, & leo stabat juxta  
cadaver. Leone hic Deum usum esse in pœ-  
nam, Propheta alter ostendit, qui ei pœnā  
prædixit. Ostendit & ipse Leo, qui non as-  
num, sed sessorem occidit; & id se fame im-  
pulsum nō fecisse, ipsa abstinentia demon-  
stravit. Neque enim de occiso quidquam  
gusta-

gustauit, sed juxta eum asinumq; perman-  
sit, vt, contra aliarum ferarum imperium,  
eos custodiret.

## §. VII.

*Vrsi malè educatos pueros punientes.*

Sic non leonibus tantūm, sed & vrsis vslus  
est justissimus iudex, ad petulantiam malè  
educatorum puerorum plectēdam. Ascen-  
derat Eliséus in Bethel, *cumq; ascenderet,*  
*per viam, pueri parvi egressi sunt de ciuitate,*  
*& illudebant ei, dicentes: Ascende calue, Ascen-*  
*de calue. Qui, cùm respexisset, vidit eos, & ma-*  
*ledixit eis in nomine Domini: egressiq; sunt duo*  
*ursi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadra-*  
*ginta duos pueros. Tanti erat iuuere. Sic*  
*jocum puniuit diuina justitia. Habent er-*  
*go parentes, quid mereantur, apud diui-*  
*nūm tribunal, si liberis suis indulgent, si*  
*dissimulant sarcasmos, si etiam ad dictaria*  
*jacienda eos instruunt; vt senes caluastros,*  
*vt rugosas anus, vt seruos & ancillas con-*  
*uicijs aspergāt; vt illos cæcos, surdos, mu-*  
*cosos, illas veneficas, vetulas, Cerberi spō-*  
*fas, aut Silicernia; hos mastigias, verbera-*  
*nes, nebulones; has meretrices, prostibula,*  
*pabula Orci appellant. Eliséum caluum,*  
*vocauère; & pueri erant; & in campis nu-*

gabani-